



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

5. De initio prædicationis Christi in Galilæa. Matth. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

De initio prædicationis Christi in  
Galilæa. Mat. 3.

V.

I. **V**eniens Iesus in Galilæam, relicta ciuitate Nazareth habitauit, in Capharnaum maritima in finibus Zabulon & Nephthali, & exinde coepit prædicare & dicere: *Agite pœnitentiam: appropinquauit enim regnum cœlorum.* Quo zelo filius Dei ante Luciferum genitus in splendoribus sanctorum, radijs infinitæ sapientiæ & claritatis suæ illuminans & lætificans ciuitatem cœlestem, nunc deligere dignatur vibem terrestrem, ex qua diuinæ lucis suæ & Euangelicæ veritatis radios quaquaversum longè latèque diffundat? *Quanto ardore im-*  
*plere conatur illud Ilaiz: Terra Zabu-*  
*lon & terra Nephthali via maris trans*  
*Iordanem Galilæa gentium: populus, qui*  
*sedebat in tenebris, vidit lucem magnam:*  
*& sedentibus in regione umbra mortis,*  
*lux orta est ei?* *Quanto desiderio exop-*  
*tat non tantum in hoc maritimo Em-*  
*porio, sed per totum orbem terra ma-*  
*riique æterni Patris gloriæ propagare,*  
*hominesque vniuersos è tenebris*  
*in admirabile lumen veræ religionis*

Isa. 9.

voca-

perte  
us, ut  
Tanc-  
elida  
onci-  
ffica-  
stum  
n ex-  
s est,  
ogra-  
otum  
bus,  
x ro-  
esus:  
n vos  
olan-  
opus  
illi,  
tam  
qui?  
Dei,  
nstar  
o,

De

vocare? Zelus gloriæ Dei & salutis  
nimarum,

II. Et circuibat Iesus totam Galileam  
docens in Synagogis eorum, & prædicans  
Euangelium regni, & sanans omnem  
languorem & omnem infirmitatem in  
populo. Quàm feruens, indefessus,  
insatiabilis zelus Saluatoris non so-  
lum omnes Gálilææ vrbes, op-  
pida, vicos docendo, prædicando,  
ægros sanando perlustrantis, sed  
vniuersas insuper totius mundi re-  
giones, vrbes, pagos & angulos, præ-  
dicando, benefaciendo, & sanando  
omnes oppressos à diabolo circum-  
cursare desiderantis, si æterno Patri id  
placuerit? Hunc zelum suspice, & fa-  
cto secundum vires, desiderio longe  
supra vires æmulare.

III. Et abijt opinio eius in totam Syriā,  
& obtulerunt ei omnes male habentes, &  
curauit eos. Et secuta sunt eum turba mul-  
ta. Quantoperè exultarit Filius Dei  
præuidens in his à se curatis, & con-  
uersis tantam gentium multitudinem  
ad veram fidem ac pietatem per suos  
Apostolos eorumque successores  
olim conuertendam, & diuinæ  
Maiestatis agnitionem cultumque  
per torum orbem propagandum:  
sicque

sicque implendum illud sibi à Patre  
promissum, & per Isaiam prædictum :  
*Parum est, ut sis mihi seruus ad suscitan-*  
*das tribus Iacob, & faces Israel conuerteren-*  
*das. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis*  
*salus mea usque ad extremum terra. Af-*  
*fectus ijdem.*

- |  |                        |             |
|--|------------------------|-------------|
| De Timoris Dei<br>natura, conditio-<br>nibus, & funda-<br>mentis.<br>De actibus Timo-<br>ris Dei, & inci-<br>tamentis. | } 5. p. medit.<br>} 6. | VI.<br>VII. |
|--|------------------------|-------------|

7. Hebd.

Dominica VII. Post Trinitatem. post  
Trinit.

De septem Panibus. Marc. 8. I.

I. C Onuocatis discipulis ait Iesus :  
*Misereor super turbam, quia ecce*  
*iam triduo sustinent me, nec habent, quod*  
*manducent : & se dimiserunt eos ieiunos in*  
*domum suam, deficient in via. Si miseri-*  
*cors & miserator Dominus tam solli-*  
*citus est de auertenda fame corporali*  
*ab ijs, qui se triduo fuerant secuti:*  
*quanto solicitor erit de propulsanda*  
*fame spirituali ab ijs, qui tota vita*  
*illi adhærere medullitus concupis-*  
*cunt?*